



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Terminus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DE CALCNEO.

CAP. LIII.

Calcaneum, quamvis ſit pedis pars, à pede tamen, quantum ad hieroglyphica pertinet, ſepa-
ratur.

SENTENTIA PRÆPOSTERA.

CAP. LIV.

Calcaneum quidam hieroglyphice accipere videntur pro infirma, falſa, atque præpoſtera illa
ratione, qua nos vitia noſtra excuſamus, & nimium plus æquo noſmetipſi nobis indulgemus.
Gen. c. 3. Unde Deus Genefi ad Serpentem, qui voluptatis eſt ſignum: *Homo ipſe tuum obſervabit caput, & tu
illius calcaneum,* imbecillitatem ſcilicet mentis, quæ facile ſeducatur, & quicquid adlibuerit ſibi per-
Calcaneum mittat. Sive, ut alibi diximus ex Philone, calcaneum ea pars animæ eſt, quæ terrenæ adhære ſcit natu-
quid in ſpi- ræ, in ſenſum, voluptatesq; prona & labilis. Ideoque Aſſertor noſter diſcipulorum pedes laville di-
ritualibus. citur, ut ſignum eſſet, dilutum eſſe maledictum illud calcanei, quod ab ipſo rerum primordio Ser-
Luc. 10. pentis morſibus patebat aditus. Nam alibi dictum invenias, *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper
Serpentes & Scorpiones,* in hanc ſententiam.

TERMINUS. CAP. LV.

Interdum accipitur pro Actionis termino, ſumpto à faltatorum more, in quorum ſaltu extrema
pars veſtigii, quam calcaneum preſſerit, ſignatur. hinc Pſalmo: *Ipi calcaneum meum obſervabunt,*
quod proxime accedit ad id, quod inquit Ovidius:

*— Sed ſcilicet ultima ſemper
Expeſtanda dies homini eſt, dicitq; beatus
Ante obitum nemo ſupremaq; funem debet.*

Latinus quoque ſermo Calcem accipit pro Termino. Sic videt Cicero calcem, ad quem de curſum eſt:
& ad calcem pervenire, & ſimilia paſſim habentur.

*Ac pro meta
& ſine, ut
ſupra, & à
calce ad
carceres,
& extra
calcem, ex
Ammiano
lib. 12.*

DE GENIBUS.

CAP. LVI.

Adam & Genua, ſine quorum auxilio parum aut nihil agerent pedes, alterius ſic altera poſcit
opem res, & conjurat amice.

IMPEDIMENTUM. CAP. LVII.

*— Alterius
ſc. Altera,
ſc. Horat.
de Arte.
Poplites al-
ternu geni-
bus impo-
ſiti.*

Est in his quoque ſignificatum impedimenti, ſi poplites
alternis genibus impoſiti figurarentur, qui quidem ge-
ſtus nullo magico ſufurro ſimpliciter inter veneficia recen-
ſetur: eo enim partus detineri, & omnem actum impediri
majorum religio, decretis etiam inhibitoriis, ut perhibet
Plinius, teſtata eſt.



MISERICORDIA.

CAP. LVIII.

*Jocus The-
bani Cra-
tesis.
Meminit
D. Laer. in
ejuſ vita.*

Alterum genu miſericordiæ ſedem eſſe antiqua omnis
ſuperſtitio conſitetur, ut memoriæ auris, irriſionis
naſus habetur: quamvis Thebanus Crates religionem
eam, uti reliqua facere ſolebat, eluſerit. Nam cum pro quodam Gymnaſii principem ſup-
plica-